



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola XIII. Eidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

est infirma laus, & non valde laudabilis. Melius est amicum emendare, quàm reprehendere: sapientem se ostentare, quàm mordaciter alterum notare. Nunquam scripsissem talia, si vestram bonitatem nostræ inscientiæ defensor, vel emendatorem esse, non crederem.

EPISTOLA XII.

Domino desiderabiliter venerabili, & venerabiliter desiderabili DAVID.

REGI.

IN FIDE ET CHARITATE

Albinus salutem.

ITERIS vestræ nobilissimæ pietatis acceptis, in quibus vestram nobis valde amabilem sanitatem, & cuncto Christianitatis imperio pernecessariam prosperitatem cognoscens, totum cordis mei affectum in gratiarum actiones Christo clementissimo Regi effudi. In quibus, laudabilibus quoque vestræ sapientiæ apicibus, meam, ut soliti estis, segnicie, per interrogationes prudentissimas sagaciter excitare velle inueni: imò per inquisitiones magis docere, quàm ignorata discere agnoui. quia sapienter interrogare, docere est; veluti in vestre auctoritatis pagina scriptum reperimus, ubi post congruam sententiā veridico sermone exaratum perspeximus.

EPISTOLA XIII.

Eidem.

PATA mihi, & diu desiderata vestræ bonitatis literarū facies subito effulsit, permulto tēpore auidos videndi oculos, sanctissimi vestri nominis apices

E 2 refe-

refecerunt. Et licet aliquid reprehensibile sequenti serie de meis cantassent literulis, tamen omnia melliflua dulcedine hausi: dum hoc desiderabile, & multum mihi amabile in primo capite nomen apparuit, gratissimum mihi etiam fore fatebor, ut sic vel beatitudinis vestræ syllabas merear osculari; ut quod perpetua, & inuiolata non potuit promereri dilectio, saltem reprehensionis materia subito extorqueret: sciens meliora esse vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.

Nec mirum, si tarditas aselli sustineat in dorso flagellum, Ego, tardus, ego me immetipsum immemor, vestrorum forsitan digne puerorum sustinui flagellum. Entellus senior cæcto corpore dudum cæstus deposuit suos, & ætate florantibus cedit illos indui. Ideo aliquis illorum seniore & ingenti pugno percussit: ita ut caligo obuersaretur oculis senioris, & vix resumptis viribus frigidus circa præcordia recaluit sanguis. Et, ut ad rem veniam, ac ignorantie fomentis caput percussi medicari incipiam. Ego imperitus, ego ignarus, nesciens Ægyptiacam scholam in Palatio Davidicæ versari gloriæ.....

*Videtur finis
desse,*

EPISTOLA XIV.

*Det tibi perpetuam in secula salutem,
Et decus imperij, DAVID amate, Deus.*

VENERANDÆ auctoritatis vestræ omni melle dulciores apices per aridos BELGICÆ latitudinis ætæ agenti campos occurrerunt mihi, in quibus dum vestræ beatitudinis prosperitatem legens intellexi, & fideliū vestrorū amabilem perspexi salutē, totum me in gratiarum actiones Domino DEO IESU CHRISTO contu-